



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 43.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Caput 43.

MAGNENTIO apud Augustodunū arripiente imperium, constans haud longe ab Hispania in castro cui Helenæ nomē est, interficitur an. ætatis suæ xxx. Quamobrem turbata rep. VETRANIO Mursæ, NEPOTIANVS Romæ Imperatores facti. Romæ populus aduersus Nepotianum confurgit. Caput eius ablatum, multorūq; nobilium cædes interea fiunt. Magnentius Lugduni in palatio propria se manu interfecit. DECENTIVS frater eius quem ad tuendas Gallias Cæsar miserat, apud Senonas se laqueo suspendit.

Caput 44.

GALLVS Cæsar sollicitatus à Constantio patrueli à quo in suspitione ob egregia facta habitus occidit. Siluanus in Gallia res novas molitur: XXIIX. die extinctus est. Eusebius Vercellensis Episcopus, & Lucifer ac Dionysius Caraltanæ & Mediolanensis Ecclesiæ Episcopi, Pangratus Romanus presbyter à Constantio damnantur exilijs. Antonius monachus cv. ætatis suæ anno moritur, solitus multis ad se venientibus de Paulo quodam Thebæo miræ beatitudinis viro referre. cuius exitū breui libello explicuimus. Sarraceni in monasterium Beati Antonij irruerunt, Sarmatam interficiunt. Constantio Romam ingresso, ossa Andreæ Apostoli & Lucæ Euāgelistæ à Constantinopolitanis miro fauore suscepta. Paulinus Treuerorum Episcopus in Phrygia exulans moritur. Gratianus qui post Imperator fuit, nascitur. Hilarius cum apud Constantinopolim librum pro se Constantio porrexisset, ad Gallias redit. Omnes pæne totius orbis Ecclesiæ sub nomine pacis & regis Arianorum consortio polluntur. Gallia per Hilarium perfidiæ dolos damnat. Constantius Mopsocrenis inter Ciliciam Cappadociamq; moritur. anno XLV. ætatis suæ.

e sunt verba S.
Hieronymi in
chron.

Ro